какъ вторый Давидъ Филистимлянь. Скажи, повпоряю, что когда Святыишему Папѣ все сіе спало извѣстнымъ о Его Величествѣ; по по испиивъ, сердце его преисполнилось великою, особенною радоспю, и съ того самаго времени, къ Царской Особѣ Его восчувспивовалъ онъ такую любовь, какъ бы къ любезнѣйшему своему сыну, и что онъ всегда спарался найти благопріятный случай, чтобы изъяснивъ Его Величеству опеческое свое благоволеніе и преданность, и доказать испину сихъ чувспивованій какою либо важною услугою.

Tum illud addes, cum a Serenissimo Imperatore Principum atque Ordinum Imperii Conventus Ratisbonae haberetur, nosque Sanctitas sua, pro sua pastorali sollicitudine, gravissimis de causis, suum et apostolicae sedis Legatum ad Caesaream Majestatem et eundem Conventum mitteret; vehementer ejus Beatitudo eo nuntio

Къ симъ уврениямъ присокупи, что во время бывшаго у Святыишаго Императора, въ Регенсбургѣ, Сейма, на которомъ присутвовали Князья и Чины Имперскіе, и на который Его Святыишество, по паспырской заботливости своей, для дѣлъ весьма важныхъ, отпра-

laetata est, quo allatum erat, Serenitatis suae Oratores ad Caesarem Majestatem Ratisbonam pariter venturos. Etenim id tum Sanctitatem suam, tamquam faustum quoddam omen accepisse, quod non sine divinae Providentiae numine, ex remotissimis regionibus, amborum Legati, ad eundem Principem missi, eodem fere tempore unum in locum convenirent.

Jam vero cum Sanctitas sua ex nostris litteris cognovisset, quid Ejus Serenitatis legati Caesari proposuissent, quid nobis etiam per familiarem nostrum renuntiari mandassent, nimirum Principem ipsorum valde cupere, non solum cum Serenissimo Imperatore, sed cum aliis Christianis Principibus,

вилъ насъ, въ качествѣ Легата своего и пресполоа апопольскаго, — Его Святейшество весьма былъ обрадованъ, свѣдавъ, что въ поже самое время, прибыли въ Регенбургъ, къ Императору, и Царскіе Его Величества Послы. Случай сей принявъ Его Святейшествомъ за благопріятное нѣкое предзнаменованіе, попому что, конечно, не безъ особеннаго Божія Промысла, изъ опдаленнѣйшихъ Государствъ, Послы какъ Рускіе, такъ и Римскій, будучи опправлены къ одному Государю, пришли въ одно мѣсто, и въ одно почти время.

Припомни также и то, что Послы Его Величества, бывшіе у Императора, предлагали Святейшему Цесарю, равно и намъ, чрезъ повѣреннаго нашего, поручили объяснить, именно, что Россійскій Государь сильно желаетъ вступить въ дружбу

et nominatim cum Summo Pontifice Romano amicitiam et foedus inire; quodque litteras Serenitatis suae, in eandem sententiam scriptas obtulissent, in quibus eximia pietas Serenitatis suae, et fidei zelus, et justa ac plane generosa, erga communem hostem nostrum Turcam, indignatio elucebat; omnia illa Sanctissimo Domino Nostrо pergrata et perjucunda accidisse, demonstrabis.

Etenim cum Sanctitas Sua, Deo ita disponente, illius successor sit, cui a Christo Domino dictum est: *pasce agnos meos, pasce oves meas*, cumque in illa sede resideat, quam Beatissimus Princeps Apostolorum Petrus, Deo auctore, constituit, qui urbem Romanam, gentium Dominam et

сплвенный союзъ, не только съ Императоромъ, но и съ другими Христіанскими Монархами, особливо съ Верховнымъ Первосвященникомъ Римскимъ, и что грамоты, представленные ими Императору, отъ имени Его Величества, ясно свидѣльствуютъ, сколь высокое благочестіе имѣетъ Его Величество и ревностъ къ вѣрѣ, сколь справедливое и истинно геройское прилежаніе Онъ негодование къ общимъ врагамъ нашимъ, Туркамъ. И когда Его Святейшество извѣщенъ былъ о помѣ нами; по новымъ сіи событія доставили ему особенное удовольствіе и радость.

Извѣстно жесть, что Его Святейшество, по соизволенію Божію, поставленъ Премникомъ верховнаго Петра, коему Господь Иисусъ Христосъ изрекъ: *паси агнцы моя, паси овыи моя* *), и посаженъ на пресполъ бла-

*) Иоан, 21, 15. 16.

Reginam, unacum Coapostolo suo Paulo, Evangelii praecone, Christo Domino lucratus est, ut quae fuerat discipula erroris, esset magistra veritatis, quam almam Urbem iidem Beatissimi Apostoli sanguine pro Christi nomine effuso, glorioso martyrio consecrarunt, ibique illorum Sancta Corpora et venerandae reliquiae in antiquissimis et religiosissimis templis, ipsorum Apostolorum appellatione Deo dicatis, beata dormitione requiescunt. In ea igitur sede cum Sanctitas sua, tamquam in sublimi quadam specula, a Deo collocata sit, omnes curas et cogitationes suas defixas habet in amplificanda Christiana Religione, et Christianorum Principum animis conciliandis, ut et Sancta Religio propagetur, et hostibus Crucis Christi, qui nos impie oppugnant, facilius resistatur. Semper enim Romanorum Pontificum proprium fuit, paternis suis cohortationibus Magnos Principes et virtute praestantes ad res pulcherrimas, pro Dei gloria et fidei incremento gerendas, excitare, om-

женнѣйшаго сего Апостола, который купно съ Соапостоломъ Павломъ, провозвѣстникомъ Евангелія, содѣлалъ достопаиємъ Хрисповымъ знаменимый Римъ — Главу и обладаателя народовъ, нѣкогда бывшій пипомцемъ заблужденій, а нынѣ содѣлавшійся наспавникомъ истины. И сей-то славный градъ блаженные оныя Апостолы, освятивъ, пакъ сказавъ, спрданиємъ и кровію своею, за имя Хриспово проліанною, избрали его покоицемъ себѣ, по кончинѣ своей, гдѣ святыя и достопокланяемыя ихъ Мощи, въ древнѣйшихъ храмахъ, во имя ихъ, посвященныхъ Богу, во блаженномъ успеніи почиють. И поелику Его Святыишество, какъ мы сказали, посажденъ Богомъ на семъ высокомъ и священномъ престола; по всѣ Его помышленія, всѣ заботы спремаиша къ тому единственну, чпобы распростиранить Хриспанскую вѣру, и согласовать

niq̄ue consilio et auxilio commune bonum promovere.

Atque hoc quidem multis vetustatis exemplis facile comprobare licet, cum omnium linguarum monumentis posteritatis memoriae commendatae sint clarissimae in Orientem expeditiones, pro Sacro-Sancto Jesu Christi Sepulchro recuperando. Sed haec silentio praeterimus, tum quia tibi homini historico, et in vetustis annalibus legendis exercitato no-

желанія всѣхъ Христіанскихъ Государей, дабы чрезъ по-свящанія вѣра паче и паче процвѣтала, а враги Крестна Христова, кои беззаконно на насъ нападаютъ, общими силами удобнѣе поражены были. Ибо Римскіе Первосвященники всегда поспавляли себѣ въ непремѣнную обязанность, опеческими своими увѣщаніями, Великихъ, Могущественныхъ Монарховъ возбуждавъ къ знаменитымъ подвигамъ, для славы Божіей и умноженія вѣры, и содѣйствовавъ общему благу, какъ убѣжденіями своими, такъ и помощію.

Сіе легко можно было бы доказать многими примѣрами древности. Въ лѣтописяхъ всѣхъ народовъ описаны, въ память попомощу, славные оныя на воспокъ походы, для освобожденія свящаго Гроба Христова. Но объ этомъ мы умолчимъ, по тому, что ты самъ, какъ историкъ, свѣдущій въ древнихъ

tissima illa esse non dubitamus, ut si usus evenerit, statim in promptu habere possis; tum etiam quia maxime illustris et recentissima ejus rei testificatio exstat ingens, et post hominum memoriam nobilissima, de instructissima Turcarum classe ad insulas Echinadas victoria, Pio V, Sanctitatis suae praedecessore, cujus nomen in benedictione est, sancti illius foederis, secundum Deum, auctore et consorte.

Cum igitur Sanctissimus Dominus Noster, Gregorius XIII, praeclaram Serenissimi Magni Moscovitarum Ducis voluntatem et pietatem perspiceret, seque ab Eo ad amicitiae foedus ultro vocari et invitari animadverteret; sane tanti Principis praestantissimam virtutem, et erga sanctam et apostolicam sedem amorem et observantiam Beatitudo sua obvius ul-

быпописаніяхъ, подробно знаешь оныя происшествія, и въ попребномъ случаѣ можешь имѣть ихъ въ виду. Довольно будетъ припомнить здѣсь, во свидѣтельство того, недавнее, знаменитое, безпримѣрное событіе о пораженіи сильнѣйшаго Турецкаго флота, при островахъ Ехинадскихъ (23), которому весьма дѣятельно содѣйствовала Предшественникъ Его Святѣйшества, Папа Пій V; и попому имя его и нынѣ благословляется, яко виновника и соучастника священнаго оного союза.

И такъ Святѣйшій Владыка нашъ, Григорій XIII, будучи увѣренъ въ благорасположеніи и любви къ нему Великаго Князя Московскаго, и убѣждаясь опкровеннымъ приглашеніемъ ко вступленію съ Его Величествомъ въ дружественный союзъ, тѣмъ охотнѣ рѣшился приступить къ тому, чѣмъ вы-

nis sese amplectendam putavit; cumque de celeri Oratorum Serenitatis suae in patriam reditu cognosceret, non solum per litteras apostolicas, in forma Brevis (qua formâ Romani Pontifices, cum ad Reges aut etiam ad Imperatorem scribunt, veteri instituto uti solent), sed etiam per certum hominem, Serenitatem suam salutare voluit, ut major amoris et propensionis suae significatio emereret: sed ne qua mora interponeretur, si aliquis ex Urbe, hujus negotii causa, in Moscoviam mitteretur (multis vero de causis longiorem dilationem ea deliberatio requirebat); propterea Sanctitas sua, ne temporis opportunitas elaberetur, ad nos, qui in Germania, loco magis opportuno et minus a Moschovia remoto, Sanctitatis suae Legatum ageremus, quique maturius omnia expedire, et cum Serenissimo Imperatore, quae in rem essent, facilius communicare possemus, rem omnem rejecit, et tum quid a nobis fieri, et quid per eum, qui in Moschoviam iturus esset, Sanctitas sua

ше цѣннѣ онъ и опличныя качества Монарха, споль знаменитяго, и Его преданность и уваженіе къ святому престолю апостольскому. И какъ скоро Его Святейшество съдалъ, что Царскіе Послы онправились уже обратно, въ свое опечество; то желая доказать Его Величеству особенную любовь свою и добротство, соизволяя, не только послать къ Нему апостольскую Грамоту свою (въ такой почто формѣ, какая обыкновенно соблюдается, съ давняго времени, въ письменныхъ сношеніяхъ Римскихъ Первосвященниковъ съ Королями и самимъ Императоромъ), но вмѣстѣ съ нѣмъ, и чрезъ нарочнаго посланца, изъяснить Его Величеству дружлюбное привѣтствіе. А чпобъ не послѣдовало въ семъ дѣлѣ медленности, если бы рѣшено было отпраивить Панскаго Посла въ Москву, изъ Рима (по многимъ же причинамъ, снаряженіе сего посольства

tractari vellet, nobis diligenter perscripsit.

Sic igitur cum Serenitate sua ages, ut quod ad hanc tuam itionem attinet, sibi persuadeat, Sanctitatem suam nunc quidem tamquam primum conjunctionis et

конечно потребовало бы дальнѣйшаго промедленія): посему Святѣйшій Отець, желая воспользоваться благопріятнымъ случаемъ, возложилъ все дѣло сіе на насъ. Ибо мы, по званію Легата Его Святѣйшесства, пребывавъ въ Германіи, въ мѣспѣ не слишкомъ отдаленномъ отъ Москвы и удобномъ для сношеній, пѣмъ успѣшнѣе можемъ дѣйствовать, и въ потребномъ случаѣ имѣемъ совѣщанія съ самимъ Святѣйшимъ Императоромъ. Въспѣ съ пѣмъ, Его Святѣйшесство подробно изложилъ въ повелѣніи своемъ, какъ надлежитъ поступить намъ въ семъ дѣлѣ, равно и о томъ, съ какими предложеніями угодно ему отправить Посла своего въ Москву.

А ты, съ своей стороны, въ отношеніи къ Государю, такъ поступиай, что бы увѣрить Его Величество, что Святѣйшій Отець, чрезъ

necessitudinis aditum patefacere voluisse; quod si Serenitas sua pari studio mutisque officiis, ut plane confidimus, Sanctitati suae responderit, atque amatissimi parentis curam et sollicitudinem grato animo et optimi filii obsequio exceperit; non est dubitandum, quin caetera deinceps perfectius omnibusque numeris absolutius praestentur. Tu ergo in hanc curam omni diligentia incumbes; ut inter Sanctissimum Dominum Nostrum, et Serenissimum Magnum Ducem illum, quanta maxima fieri poterit benevolentia, et animorum et voluntatum consensio existat; efficiasque, ut intelligat, Sanctitatis suae, ipsiusque apostolicae sedis, et Sanctae Romanae Ecclesiae amicitiam et societatem Serenitati suae omni tempore utilem et honorificam fore, ut merito Ipsi ab ejus Sanctitate omnia illa sint expectanda, quaecumque ad Ejus dignitatem et amplitudinem augendam Sanctitati suae praestare cum Domino licebit. Notum enim est, non paucos Principes, virtutis et

посольство свое, нынѣ, въ первый еще разъ, пожелалъ прикрыть себѣ доступъ къ союзу и тѣсной съ Нимъ дружбѣ; что если и Онъ, какъ мы надѣемся, будетъ соопвѣтствовать Его Святейшему взаимнымъ благорасположеніемъ и услугами, и какъ добрый сынъ, приметъ съ признапельностію и покорностію такую заботливостъ попечительнаго, нѣжнѣйшаго Отца; тогда, безъ сомнѣнія, и все прочее рѣшится окончателъно, и самымъ удовлетворительнымъ для Него образомъ. Следователъно тупъ-то надлежитъ тебѣ употребить все стараніе и всю рачительностъ свою, чтобы возбудить въ сердцѣ Великаго Князя совершенную довѣренностъ къ Его Святейшему, и чрезъ то положить основаніе взаимному, искреннему дружеству между ними. Внуши, что дружба и союзъ съ Святейшимъ Отцемъ и апостольскимъ

religionis ergo, a Romano Pontifice, propter summam in terris pastoralis officii auctoritatem, amplissimis titulis ornatos, et regio nomine atque ornamentis decoratos fuisse, ut Poloniae et Ungariae Reges, aliosque complures, quos commemorare longum est,

его престолюмъ, и свяпою Римскою Церковію, во всякое время, будупъ весьма полезны и славны для Его Величества, и что Онъ погда въ правѣ будепъ ожидапъ отъ Его Свяпѣйшеспта всѣхъ пѣхъ отличій, которыя могутъ возвыситъ достоинство и санъ Его, и кои Св. Опець конечно не откажется предспавитъ Ему въ полной мѣрѣ. Ибо извѣстно, что Римскіе Первосвященники, по правамъ высочайшей папской власти своей на землѣ (24), даровали многимъ Государямъ, за добродѣтели и ревность ихъ къ вѣрѣ, высокій санъ, пшпулы Королевскіе, и знаки царственныхъ почестей, на примѣрѣ, Государямъ Польскимъ, Венгерскимъ и другимъ, копорыхъ исчисляпъ здѣсь было бы слишкомъ продолжительно.

Sed quoniam ad eam benevolentiam et animorum consociationem, de qua loquimur, concii-

Но поелику ничто столько не можетъ содѣйствовать къ пріобрѣтенію взаимнаго

hanc, nihil utilius esse potest, quam si unum corpus et unus spiritus omnes simus, ut in charitate radicati et fundati, servemus unitatem spiritus in vinculo pacis: idcirco in eo potissimum elaborandum tibi est, ut Magnum illum Ducem de iis, quae ad Religionis concordiam pertinent, studiosissime admoneas: id enim, ut dicebamus, Sanctissimo Domino nostro imprimis propositum est, qui pro suo pastoralis officio, omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerit; qui nulla de re magis aut frequentius cogitat, quam de animis Christo Domino lucrandis, omnibusque, qui in Cruce Domini nostri Jesu Christi gloriantur, in unius fidei unitatem et integritatem congregandis, ut per totum orbem terrarum, omnes, unanimes, eadem fidei confessione, glorificemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, et quod unum Salvatore nostro Deo gratissimum est, qui propterea de sinu Patris in terram descendit, et in hac lacrymarum valle peregrinatus est, et Cruci suffixus,

благорасположенія и содружества, какъ соединеніе всѣхъ насъ во одно плѣхо и единый духъ, когда мы, будучи проникнуты, такъ скажемъ; любовью, сохраняемъ единство духа въ союзъ мира: посему предстоимъ тебѣ прудъ, весьма важный, со всею силою убѣжденія, изобразимъ Великому Князю, сколь необходимо единомысліе въ дѣлахъ вѣры. И сіе составляетъ, какъ мы сказали, предметъ всѣхъ помысленій Святейшаго Владыки нашего, который, по пасырской обязанности, печется о благе Вселенской Церкви, и составляетъ для себя главною, всегдашнею заботою, содѣлать достояніемъ Христовымъ человѣческія души, и собрать въ сословіе единой и чистой вѣры всѣхъ, хвалящихся о Крестѣ Господа нашего Иисуса Христа, да пако на всемъ шарѣ земномъ, всѣ народы, единодушно и единовѣрно прославятъ Бога

acerbissimam mortem pertulit, ut oves dispersas congregaret in unum, et illud, inquam, re ipsa efficiatur, ut sit unum ovile, et unus Pastor. Talem enim Christus Dominus, Redemptor, Magister et Legislator noster, in terris Ecclesiae formam instituit pulcherrimam et praestantissimam, et illi coelesti Jerusalem simillimam. Nam sicuti unus est Deus, una fides, et una Ecclesia Sancta Catholica et Apostolica; ita unus Ecclesiae Pastor est, qui Christi, aeterni animarum nostrarum Pastoris, vices in terris gerit. Hic autem est Romanus Pontifex, Beatissimi Apostolorum Principis Petri successor, cujus summam in Ecclesia Dei auctoritatem omnis ab ipsa nascentis Ecclesiae primordio antiquitas agnovit, et universa posteritas perpetuo consensu comprobavit,

и Отца Господа нашего Иисуса Христа. Ибо таково прославление приятно предъ Богомъ, Спасителемъ нашимъ, Который для того снишелъ на землю съ лона Отца, спранспововалъ въ сей юдоли плачевной, и претерпѣлъ жестокия сраданія и смерть крестную, дабы собрать во едино распюченныя овецъ, и совершивъ самизъ дѣломъ, да будепъ едино стадо и единъ пастырь. И дѣйствительно Иисусъ Христосъ, Господь нашъ, Испушитель, Учитель и Законодавецъ, благоволилъ устроить Церковь Свою, на землѣ, по изяцному, опличительному образу Церкви небеснаго Иерусалима. Ибо какъ единъ Богъ, единъ вѣра, единая Святая Каѳолическая и Апостольская Церковь: такъ единъ и Пастырь Церкви, который, на землѣ, носилъ образъ Христа, вѣчнаго души нашихъ Пастыря. И сей по Пастырь есть Первосвященникъ Римскій, преемникъ бла

Tuae igitur prudentiae et eloquentiae partes erunt, non solum crebro in aures instillare, sed omnino in animum Magni illius Principis imprimere, quantum ad animae utilitatem et salutem pertineat, Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum Matris et Magistrae, auctoritatem agnoscere, et palam, aliorum Christianorum Regum et Principum more, obedientiam debitam officio profiteri: quam quidem auctoritatem et potestatem celeberrima et oecumenica illa quatuor Concilia, quae tamquam quatuor Evangelia veneranda sunt, Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesium et Chalcedonense, ut alia pene innumerabilia Sanctorum

женнаго и верховнаго Апостола Петра, коего высокое въ Церкви Божіей владычество (25) признано, издавна, первобыннымъ сословіемъ Христіанскимъ, и въ послѣдствіи времени утверждено всеобщимъ и непрерываемымъ согласіемъ.

Въ семъ случаѣ поспайся, съ равнымъ благоуміемъ и убѣдительносцію, бесѣдуя съ Великимъ Княземъ, внушивъ и слуху и сердцу Его, сколь полезно и душеспасительно было бы для Его Величества, признанъ власть Римской Церкви, яко Матери и Наставницы всѣхъ Церквей (26), и подражая примѣру другихъ Христіанскихъ Государей, поржеспвенно изъявивъ оной и Свою покорность, какъ долгъ того требуетъ. Доказалъ, что сію власть и достоинство Римской Церкви признали славные оныя четыре Вселенскіе Соборы, Никейскій, Кон-

Patrum et Conciliorum testimonia omittamus, non solum agnoverunt, sed decretis amplissimis promulgarunt, omniumque laudum elogiis et praeconiis extulerunt. In qua quidem Sancta et apostolica Romana Ecclesia, quae illius petrae firmitate, Deo concedente, nititur, cui dictum est: *ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua, et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos*, — fides Catholica, ab ipsis beatissimis Apostolis, Petro et Paulo, nunquam interrupta serie successorum, semper integra atque incorrupta conservata est, ita ut ad ipsam, tanquam ad limpidissimum Catholicae doctrinae fontem, et solidam fidei petram, omnes nationes et populi confluere soliti sint. Haec a te prudenter, accurate, erudite, copiose tractanda sunt, ut Princeps Ipse alliciat, et cupiat, ad Ipsius animae salutem, cum hac ipsa Ecclesia, Matre sua, quae illum diligit, uniri non solum externo et politico amicitiae foedere, sed multo magis spirituali charitatis vinculo copulari.

сианпинопольскій, Елесскій и Халкидонскій, коихъ поспановленія должны бытьъ уважаемы такъ же, какъ и чепыре Священныя Евангелія. Сверхъ того, испину сію можешь подтвердити, не только премногими свидѣтельствами Святыхъ Опцевъ, но и опредѣленіями другихъ Соборовъ, кои возвѣщали о томъ во всеобщее свидѣніе, и даже со многими хвалами и одобреніями. Равнымъ образомъ докажи, что въ сей Римской Церкви, Святой и апостольской, которая, по соизволенію Божію, основана на пвердомъ камени Пепрѣ, ему же оупъ Господа сказано: *Авъ молихся о тебѣ, да не оскудѣетъ вѣра твоя, и ты никогда, обряцясь, утверди братію твою* *) — въ сей Церкви, вѣра Каеолическая, самими верховными Апостолами, Пепромъ и Павломъ, насажденная, въ непрерывномъ послѣдованіи ихъ Преемни-

*) Лук. 22, 32.

Tantum vero de tua doctrina, dexteritate, eloquentia in Domino confidimus, ut tandem Principem eo perducturus sis, ut Ipse non mediocri desiderio penitus nostra cognoscendi exardescat, atque aliquos ex nostris Sacerdotibus et Theologis mitti sponte sua postulet. Quod si faciat, sane recipere poteris, et pro certo sperare, Sanctissimum Dominum nostrum tam piae Ipsius petitioni non defuturum, qui Ejus Serenitatem diligit in visceribus charitatis.

ковъ, всегда сохранялась въ чѣстности и чистотѣ, и къ ней, яко къ чистѣйшему каболическаго ученія источнику и недвижимому камню вѣры, обыкновенно припекали всѣ народы. Сей предметъ нынѣ долженъ изложитъ Государю умно и почно, съ искусствомъ и подробностію, чптобы плазнилъ пѣмъ Его, и чптобы Онъ, для спасенія души Своей, восхопѣвъ соединилъся съ сею Церковію, Матерію своею, Его возлюбившею, и соединилъся, не только внѣшнимъ, политическимъ союзомъ дружества, но паче союзомъ любви духовнымъ, и несравненно важнѣйшимъ. Мы споль много полагаемся на пивои способности, на пивои учености и силу краснорѣчія, чпто ны, съ помощію Божіею, конечно успѣшь убѣдимъ Государя, и склонимъ Его къ тому, да возымѣетъ Онъ самое усердное желаніе, узнашь почтѣе духъ нашей Церкви, и да попребуешь

His jactis fundamentis, commendabis pium illud et Christiano Principe dignissimum consilium, et tamquam scopum Serenitatis suae, Christi nomen longe lateque propagandi, et teterrimum Turcarum Tyrannum persequendi, qui Ipsius tam praeclaro desiderio maxime obsistit, cui non satis sit tot regna et provincias florentissimas Christianis jam pridem ademisse, Orientalis Imperii sedem, Constantinopolim occupasse, nobilissimam Graeciam, unde tot clarissima Ecclesiae lumina prodierunt, acerbissimae servitutis jugo oppressisse, nosque gloria et haereditate

прислать къ Нему нашихъ Иереевъ и Богослововъ. И если Его Величество изъявитъ на то желаніе; въ такомъ случаѣ, безъ сомнѣнія, можешь поручиться и обнадежить Его, что Святейшій Отецъ не опречется исполнить просьбу споль благочестивую: ибо Онъ преисполненъ любовію къ Великому Князю.

Положивъ сіе въ основаніе, спарайся восхвалять благочестивое и доспойное Христіанскаго Самодержца намѣреніе, которое поспавилъ Онъ обязанностію для себя, чпобы съ одной стороны, распрспранять повсюду имя Христово, а съ другой, поражать спрашнаго вождя Оптомановъ. Объясни, чпо одни сіи враги поспавляютъ преграду споль славнымъ Его предпріятіямъ. Ибо не довольно ли того, чпо они, въ давнія времена, опняли у Христіанъ сполько Царспвъ

nostra, venerando scilicet vitae Auctoris et Salvatoris nostri Jesu Christi sepulchro spoliasset: his, inquam, adhuc contentus non sit, sed nova quotidie Christianis damna inferre moliat; neque unius aut alterius Principis, sed communis omnium hostis sit, ut jam illius insatiabilis dominandi cupiditas nullis terminis aut finibus contineri posse videatur. Quo circa recte et prudenter imprimis Ejus Serenitatem agere, quae de tam immani vastitate coercenda, Deo adjutore, cogitet: merito enim tanta Turcae potentia cum nostrorum hominum odio, et inexplebili quadam regnandi siti conjuncta, omnibus horribilis et formidolosa esse debet,

и богатыхъ обласпей, и овладѣли самимъ Конспаннинополемъ, который нѣкогда былъ царствующимъ градомъ Воспочныхъ Императоровъ? Не довольно ли того, что они порабопивъ Грецію, свободную и споль славную многими и знаменными свѣщильниками Церкви Хрисповой, упѣснили народъ тяжкимъ игомъ неволи? Не довольно ли того, что и насъ лили они славы и наслѣдія нашего, ограбивъ святопапсвенными руками священнй Гробъ Начальника жизни, Спасителя нашего, Господа Исуса Христа? Но не довольствуясь паковыми пріобрѣшеніями, они гоповяптъ Хриспанснву новыя еще будспвія. Подлинно, враги сія пшпаюптъ злоспъ не къ одному какому либо Государю: они — враги всѣхъ Хриспанскихъ Власпипелей, и алчоспнъ ихъ къ преобладанію споль безмѣрна, что ни тѣмъ, по видимому, не можетъ быть

насыщена. — И такъ. Его Величество конечно поступаетъ по справедливости и съ благоразуміемъ, заботясь о томъ, чтобы, при помощи Божіей, обуздать звѣрскія нападенія сихъ супоспаповъ: ибо могущество Султана, соединенное съ ненавистію къ Христіанству, и съ ненасытнымъ желаніемъ преобладанія, дѣйствительно должно казаться для всѣхъ спрашиваемыхъ и опаснымъ.

Opportune autem hoc loco Ejus Serenitatem admonere poteris, non modo valde incommodum, sed absurdum quoque esse, cum Ipsa perpetuum sibi cum Turcis bellum gerendum constituerit, nihilominus in Religionis causa Metropolitanum illum admittere, qui totus in Turcae potestate sit. Quamobrem et decentius, et utilius fore, si Se Ejus Serenitas Ecclesiae Romanae penitus adjungat, neque quicquam ab inimici domo petat, ubi omnia infida et insidiarum plena sunt. Hujus vero

Въ семъ случаѣ весьма кстати можешь ты представить Его Величеству, въ видѣ соображенія, что слишкомъ не выгодно было бы для Него, поставить себя въ необходимость, вести непрерывную войну съ Турками; а тѣмъ болѣе не совмѣстно, въ дѣлахъ Вѣры допускать вліяніе такого Первосвященнаго, который совершенно подвластенъ Султану. Посему гораздо приличнѣе и полезнѣе будетъ, если Его Величество

argumenti fusius explicandi non semel, ut arbitramur, occasionem reperies.

Ceterum, ut ad institutam narrationem redeamus, de periculis propulsandis et depellendis, quae a Turca impendent, dices, Summi Pontificis et Serenitatis Ejus voluntates concordēs et consentaneas esse: ambos enim de comprimenda intolerabili Turcarum ferocia cogitare, ambos idem sentire, nihil ad eam rem opportunius, nihil salutaris esse, quam ut sociatis multorum Principum viribus, multis etiam in locis tam potens adversarius oppugnetur. Verum Sanctitatem suam valde cupere aliquando distinctius et explicatius cognoscere, quid ejus rei exequendae causa, Ipsius Serenitas efficere decreverit, et ut

вспушптъ въ союзъ съ Римскою Церковію, и не спанешъ имѣшь никакихъ сношеній съ враждебнымъ Дворомъ, гдѣ все исполнено неправды и вѣроломства. Мы увѣрены, что ты найдешь не одинъ удобный случай изъяснить сей предметъ съ большими подробностями.

Но возвратимся къ началу разсказу. Когда спанешь ты бесѣдовать, сколь нужно опразить опасности, коими Султанъ угрожаетъ, скажи, что желанія какъ Святейшаго Отца, такъ и Его Величества совершенно согласны: ибо и поппъ и другой, помышляя о необходимости сокрушить грозную, тягоспную власть Оппомановъ, равномерно чувспвуютъ, что для совершенія сего подвига, съ большимъ успѣхомъ и надеждою, непременно надбно соѣдинить военныя силы многихъ Державъ, и такимъ образомъ, общимъ со всѣхъ спо-

exempli causa dicamus, prudenter a te roganda erit Ejus Serenitas, ut planius exponat, quibus copiis, quam valido et numeroso exercitu, quo belli apparatus, quibus locis, quo tempore hostem invadere constituat; denique quanam totius belli ratio sit futura, ut utrum terra tantum, an etiam flumine aliquo, aut mari, et qua classe, quam ornata et instructa, hostem aggredi et vexari liceat; tum etiam, num qui Principes, aut populi cum Ejus Serenitate foedere et societate juncti sint, quorum forti et fideli opera uti possit, et quae illorum auxilia, vires, bellandi disciplina. Atque haec et alia id genus diligenti et solerti percunctatione, ut diximus, eluenda sunt. Curandum etiam, si fieri possit, ut Ejus Serenissima Celsitudo, quid hac in re pro Sua parte praestare intendat; scripto quoque diserte et subtiliter declaret.

ронъ нападеніемъ, поразить ненависпниковъ Христіанспва. Впрочемъ Его Свяшѣшество съ любопытствомъ хочеть узнать, въ послѣдствіи времени, подробнѣе о тѣхъ мѣрахъ, кои Его Величество находить для того потребными. А мы покло для примѣра здѣсь скажемъ, что ты долженъ будешь искуснымъ образомъ развѣдать: съ какими силами располагается Государь двинуться на непріателя; сколь многочисленны, сильны полки Его, и довольно ли имѣють воинскихъ снарядовъ; въ какихъ мѣстахъ, и въ какое время думаешь напасть на враговъ; какой предположенъ планъ военныхъ дѣйствій, т. е. намѣренъ ли Онъ съ одною сухопутною ратью сражаться пропивъ Оппомановъ, или двинетъ на нихъ флотъ свой, какой именно по силѣ и успройспву, и на какомъ морѣ. Равнымъ образомъ надобно узнать и о томъ, и

мѣстѣ ли Государь у Себя
вѣрныхъ союзниковъ, на му-
жественное содѣйствіе коихъ
Онѣ могъ бы положиться;
кто сіи союзники, Власпи-
тели, или народы; каковы
вспомогательныя ихъ опол-
ченія и бранное искусство.
Всѣ сія подробности должно
развѣдать, какъ мы сказали, съ
любопытствомъ и оспорож-
ностію. Постарайся пакъ
же, если будетъ возможно,
убѣдить, чтобы Его Вели-
чество соизволилъ и письмен-
но изложить мысли Свои о
томъ, что Онѣ, съ Своей
спороны, въ такихъ обсто-
ятельствахъ признаетъ нуж-
нымъ.

*Imprimis autem celeritate
opus esse, ostendes, ut in maxi-
mas rerum omnium angustias
terrorum hostis conjiciatur: nam
ex alia parte Ejus Serenitas, et
Christiani Principes (apud quos
Summi Pontificis auctoritas gra-
vissima est), imprimis vero magni
et potentissimi Hispaniarum et
Portugalliae Reges nullam moram*

Особенно долженъ ты
доказать, сколь предпріятіе
сіе пребудетъ полезности,
чтобъ спрашнаго онаго вра-
га Христіанъ вдругъ сокру-
шить и совершенно обезси-
лить. Конечно, вспоможе-
ствуя въ семъ дѣлѣ Монарху
Россійскому, и другіе Хри-
стіанскіе Государя, по слову

interponent, sed summo conatu bellum gerent, et quacumque ad Turcae regiones invadendas nobis aditus patet, illius imperium terra marique infestare, vexare, diripere non cessabunt. —

Haec igitur potissima sunt capita, ad quae solertiam tuam attente respicere oportet: primum, ut Magnus ille Princeps, cujus egregia pietas et singularis fidei zelus praedicatur, vocem pastoris, illum paterne vocantis, exaudiat, et Summi Romani Pontificis Primatum agnoscet, Seque Ecclesiae Romanae in ejusdem Religionis consortium conglutinari patiatur. Alterum, quod primo consequens est, ut Ejus Serenitas ita afficiatur, ut quam arcissimo amoris et amicitiae vinculo cum apostolica sede conjungi velit. Tertium

Верховнаго Первосвященника, оплично чпимаго ими, также знаменитые, сильные Короли, Испанскій и Португальскій, безъ всякаго промедленія успрямятся на бранный подвигъ; и по мѣрѣ пого, какъ будетъ намъ открытъ путь ко впорженію въ Султанскія области, они не преспанушь и сухопутною и судовою ратью громинь, опустошають его владѣнія. —

И такъ вопъ главнѣйшіе предметы, на которые долженъ бы обратитъ все свое вниманіе. Во-первыхъ, чпобы Великій Государь, споль знаменитый по благочестію и особенной къ вѣрѣ ревности, преклонился ко гласу Пастыря, опечески Его призывающаго, и признавъ первенство Римскаго Первосвященника, согласился присоединиться къ западной Церкви, въ общеніе вѣры. Во-вторыхъ, чпобы соспавляель по слѣдствіе перваго, чпобы Его

est, ut de Ejus voluntate et consiliis in eo, quod ad foedus in eundum, et bellum Turcis inferendum pertinet, quam exploratissima ad nos referas.

Accedit et quartum, quod non minore sane studio a te curari volumus, de Rege Persarum: nam cum Rex ille, qui nunc rerum potitur, Turcis infestissimus esse dicatur, cumque Magni Ducis ditio ad Persarum fines protrahatur; non difficile factu videtur, ut Ejus Serenitatis auctoritate, Rex ille potentissimus in ejusdem foederis societatem pertraheretur: quae quidem accessio, multis de causis, quae obviae et manifestae sunt, maximi momenti esset futura. Vix enim fieri posset, ut moles illa imperii, tam valide, tam multis in locis, a Moschis, a Persa, a nostris oppugnata, et tamquam tormen-

Величество соизволилъ вступишь въ тѣснѣйшій союзъ дружества и любви съ апостольскимъ пресполомъ. Въ пренѣхъ, чптобы ны, какъ о желаніи Великаго Князя вступишь въ союзъ, пакъ и о намѣреніяхъ Его, начашъ съ Турками войну, доставилъ намъ самыя вѣрныя свѣденія.

Есть четвертый еще предметъ, который потребуемъ отъ тебя не менѣе заботливоспи. Я говорю здѣсь о Персидскомъ Шахѣ. И велику нынѣ царствующій Шахъ (27), говорящъ, преисполненъ ненавистію къ Туркамъ; между тѣмъ владѣнія Государя Россійскаго простираются до самыхъ предѣловъ Персіи: по не будешь, кажется, ни какого запруденія въ томъ, чптобы Его Величество убѣдилъ могущественнаго Шаха приспавъ къ союзу проливъ Опшомановъ. Сей новый Союзникъ, по многимъ и оче-

tis verberata, non tandem corrueret.

Enitendum igitur tibi est, ut Serenissimo Magno Duci id persuadeas, ut quamprimum ad Persarum Regem legationem decernat, eumque ad foederis communionem contra Turcas inducere studeat. Atque illud, ut aestimamus, non leve ad persuadendum argumentum erit, si Persae demonstraverit, quanta haec sit Turcae opprimendi opportunitas, quando, ut supra jam diximus, Christiani Principes illum infestis armis acerrime invadent.

виднымъ отношеніямъ, весьма былъ бы полезенъ въ будущихъ предпріятіяхъ. Конечно, не можетъ спастись того, чтобы Опшоманское Государство, бывъ спасено, со всѣхъ сторонъ, споль огромными силами, и опъ Московитянъ, и опъ Персовъ, и опъ нашихъ союзниковъ, и поражаемое вдругъ такимъ множествомъ ударовъ, на конецъ не разрушилось до основанія.

Посему старайся убѣдиль Свѣпльшяго Государя, сколь возможно скорѣе отправиль Посла Своего къ Персидскому Шаху, и пригласиль его ко взаимному союзу противъ Турковъ. Для лучшаго успѣха въ семъ предпріятіи, какъ мы думаемъ, можетъ служиль не мало важнымъ средствомъ къ убѣжденію Шаха, если представлено ему будетъ: сколь благопріятный случай имѣеть онъ притѣснить врага своего, Султана, когда, какъ

Cupimus autem, tantam ea in re celeritatem adhiberi, ut si fieri queat, ante discessum tuum, quid ea de re sperandum sit, cognoscas; sin minus, ab Ejus Serenitate petes, ut Reverendissimo Domino Joanni Delphino, Episcopo Torcellano, Sanctissimi Domini nostri Papae ad Caesaream Majestatem Internuntio, quicquid actum erit, primo quoque tempore significet, quocum etiam caetera communicare tuto poterit.

Etsi autem non dubitamus, Magnum Ducem, pro Sua prudentia, sponte id facturum, quod

мы выше сказали, Государя Христианскихъ Державъ господы соединенными силами поразишь его.

Желапельно намъ, чпо бы ты упопробилъ въ семь дѣлъ особенную посѣвшность, и если возможно будешь, еще до отъѣзда своего изъ Москвы, обспояпельно свѣдалъ о послѣдспвіяхъ нашего предложенія. Въ пропивномъ случаѣ, проси Его Величеспво, чпобы соизволилъ предварипельно о намѣреніяхъ Своихъ извѣспипъ почпennaго Господина, Іоанна Дельфина, Епископа Торчельскаго, который находится Импернунціемъ Свяпѣйшаго Олца нашего при дворѣ Цесаревомъ, и съ коимъ Онъ, и въ другихъ случаяхъ, можешь имѣшь сношеніе безъ всякихъ опасеній.

Не сомнѣваемся, чпо Великій Князь, по благоразумію Своему, Самъ собою, скло-

cupimus; ipsa enim rei utilitas satis per se loquitur: erit tamen sedulitatis tuae, omnes persuadendi locos mente et cogitatione percurrere, ut quae nos breviter perstringimus, ea, cum opus fuerit, facile amplificare, et dicendo ornare possis: nos enim multa iudicio tuo relinquimus, et rerum modo fontes indicamus, memores praeclarae illius sententiae: „da occasionem sapienti, et sapientior erit”; nam illud diligentiam tuam admonere supervacaneum putamus, ut omnia Moschovitarum instituta, ritus, ceremonias, sacramentorum administrationem sedulo observes, et quid primario unionis negotio, ut ratum, firmum et perpetuum sit, adjumento, aut etiam impedimento esse possit, ut quam instructissimus ad nos redeas.

нипися на желанія наши; ибо сіе очевидно сопряжено съ собственными Его выгодами. Но самая обязанность пвоя пребуесть того, чптобы мы прильжнѣ разсмотрѣль всѣ предметы, о коихъ предедлишь тебѣ бесѣдовать съ Его Величествомъ. Чпо сказали мы здѣсь въ краткихъ словахъ, то легко можешь ты распроспранить и раскрасить, во время самага разговора, какъ будетъ прилично. Многое ѳспавляемъ мы на собственное пвое сужденіе, и указываемъ тебѣ только самыя главные предметы, помня справедливую пословицу, которая гласить: „Сдѣлай умному одинъ намекъ, и онъ самъ обо всемъ домыслился.” — Излишнимъ также считаемъ напоминать и о томъ, чптобы ты внимательно наблюдалъ народныя обыкновенія Москвитянъ, обряды ихъ, богослуженіе, и совершеніе Таинствъ, и возвращался бы къ намъ съ самы

Jam vero opportuno loco commemorabis, quanta inter Summum Pontificem, et Caesaream Majestatem necessitudo intercedat, ita ut Ejus Serenitati persuasissimum esse debeat, tanto magis cum Caesare amicitiam augeri et corroborari, quo magis Se cum Sanctissimo Domino nostro, et cum apostolica sede conjunxerit: nam et illud tibi notum est, cum de tua missione, nobis auctoribus, Imperatori relatum esset; Ejus Majestatem consilium valde probasse, et ut commodius id fieri, quantum in Ipso fuit, benigne praestitisse,

ми достапчными свѣденіями о томъ, что по мнѣнію своему, можетъ способствовать къ вѣрному, пвердому, неразрывному соединенію Церкви, или будетъ служить въ томъ препятствіемъ.

При благоприятномъ случаѣ, упомяни, что Верховный Первосвященникъ и Цесарь живутъ во взаимномъ, тѣснѣйшемъ дружествѣ между собою. Слѣдовательно Его Величество можетъ быть совершенно увѣренъ, что Онъ тѣмъ болѣе укрѣпиль дружественный союзъ Свой съ Императоромъ, чѣмъ искреннѣе соединился съ Святейшимъ Отцемъ и апостольскимъ его пресоломъ. Ибо и по тебѣ извѣстно, что когда уведомили мы Императора объ отправленіи тебя Посломъ въ Москву, то Его Величество, не только одобрилъ сію мѣру, но для удобнѣйшаго исполненія оной, и съ своей стороны, сколько

Omnino autem cum Moscho-
via discedere volueris, re prospere
et feliciter gesta, litteras Magni
Ducis ad Sanctissimum Pontificem,
dignas tanto Principe, dignas ex-
pectatione Sanctitatis suae et
nostrae, et quam plenissimas re-
portabis. Tum illud etiam omni
contentione procurabis, ut Ejus
Serenitas, ex majorum Suorum
exemplo, legationem quoque Ro-
mam mittat, quod Summo Pon-
tifici, et sacro Illustrissimorum
Dominorum Cardinalium Colle-
gio gratissimum fore confirmabis,
ostendesque, hoc maxime accom-
modatum vinculum esse ad con-
nectendam tanto arctius benevo-
lentiae copulam, multaque ex eo
commoda et utilitates promana-
turas, quas tu graviter accurate-
que percensebis, omnemque ope-
ram dabis, ut id, et magnopere
Ipsam decere, praesertim cum
Summus Pontifex jam adeo hu-
maniter praevenierit, et non me-
diocriter ad communes res con-

опъ него зависѣло, принялъ
самое милоспивое учаспіе.

Само собою разумѣется,
что когда окончишь съ успѣ-
хомъ возложенное на тебя
порученіе, и будешь гото-
вишься уже къ опъѣзду
изъ Москвы; ты долженъ по-
лучишь грамоту опъ Вели-
каго Князя, къ Верховному
Первосвященнику. Желаемъ,
чтобы она соопъѣтствовала
въ полной мѣрѣ и досто-
инству споль славнаго Мо-
нарха, и ожданіямъ, какъ
Его Святѣйшесства, такъ и
нашимъ. Припомъ помогай-
ся со всемъ усиліемъ, чтобы
Его Величество, по примѣру
Предковъ Своихъ, опъправилъ
въ Римъ посольство. Скажи,
что сіе будетъ весьма деспно
для Верховнаго Первосвящен-
ника и всего священнаго со-
словія знаменимыхъ Карди-
наловъ. Постарайся также
увѣришь, что это послу-
житъ самымъ прилчнымъ
поводомъ ко вспуцленію въ

ducere, Ejus Serenitas intelligat.

Volumus praeterea, ut de nostra erga Ejus Serenitatem propensissima voluntate testeris, nobisque Ejus amplitudinem et dignitatem, quibuscumque in rebus poterimus, curare semper futurum, prolixè pollicearis.

Quod si forte animadverteris, Ejus Serenitatem, cui nostri mo-

птвннйшій союзъ дружества, опъ котораго должны произойти многія, особливья выгоды. Конечно, ты не забудешь изобразить выгоды сія со всею вѣрностію и подробностями. Дай уразумѣть Его Величеству, что взаимное оппращеніе Посольства тѣмъ приличнѣе для Него, что Верховный Первосвященникъ, по особенной благосклонности своей, уже предупредилъ Его Величество, и самъ непосредственно приглашаетъ Его ко взаимнымъ пользамъ.

Сверхъ того, поручаемъ тебѣ удостовѣрить Великаго Кнзя, что и мы, питая въ сердцахъ своемъ искреннее къ Нему благорасположеніе, не преспанемъ, съ своей стороны, всеми мѣрами, во всѣхъ случаяхъ, заботишься о томъ, что будешь оппосишься къ Его Царской славы.

Ежели замѣтишь, что Его Величество, будучи не-

res minus noti sunt, aliquo modo suboffensam, quod tamen non credimus, quasi inscriptio apostolici Brevis diminuta sit, neque omnes Ipsius titulos complectatur; tuum erit, Ipsam leniter admonere, hanc esse Romani Pontificis, qui communis Christianorum Principum Pater est, vetustissimam consuetudinem, ut omnes etiam Imperatores et Reges, filios appellet, quod verbum amoris et charitatis plenissimum est. Item illam esse usitatam inscriptionis formulam, ut unius tantum primarii Regni mentio fiat: sic enim Philippo Hispaniarum Regi Illustri (Reges enim in scribendo Illustres vocat Romanus Pontifex), sic etiam Maximiliano Romanorum Imperatori scribi solet, reliquorum Regnorum enumeratione omissa. Quare cum apud nos Magni Moschoviae Ducis nunciatio notior et crebrior sit, ea potissimum usa est Sanctitas sua, neque est, quod Ejus Serenitas vereatur, quidquam ex eo de Ejus dignitate imminui, tum quia, ut jam dixi, ea apud nos scribendi

знакомъ съ нашими обыкновеніями, оскорбился (чего однако мы не ожидаемъ) пѣмъ, что заглавіе апостолькой буллы написано сокращенно, безъ сомвѣщенія всѣхъ частныхъ Его пишупловъ; въ такомъ случаѣ объясни, въ скромныхъ словахъ, что въ эпимъ заключается самая старинная форма, употребляемая въ грамотахъ Римскимъ Первосвященникомъ, который, какъ общій Христианскихъ Монарховъ Опець, всѣхъ Государей и самихъ Императоровъ и Королей именуеть сынами, каковымъ словомъ совершенно выражается вся искренность любви и пріязни. Объясни также, что по принятому издавна правилу, въ самомъ написаніи грамоты, означается одинъ только главнѣйшій пишупль Государевъ. Такъ обыкновенно пишупся буллы и къ Филиппу, яснѣйшему Королю Испанскому (Римскій Первосвященникъ, въ грамотахъ своихъ, пишуп-

ratio servatur, tum etiam quia nemo ignorat, Ejus Serenitatem quamplurimis populis et provinciis latissime imperare: qua quidem in re si quid a nobis quoque praetermissum est, cupimus nos apud Ejus Serenitatem excusatos esse.

Deus Omnipotens, qui plantationibus et irrigationibus nostris solus incrementum dat, Ipse det tibi spiritum consilii et intellectus, ut omnia fideliter et utiliter agas,

луешъ пакъ всѣхъ Королей), и къ Максимилиану, Императору Римскому, п. е. не исчисляя въ оныхъ прочихъ областяхъ Ихъ державъ. Посему, пакъ какъ пишущъ Великаго Князя Московскаго намъ болѣе извѣстень; по Его, Святейшесво и ограничился употребленіемъ онаго. Впрочемъ Его Величество да не причитаешъ сего къ униженію царскаго сана Своего, попому только, что сіе произошло, какъ мы сказали, единственно оупъ письменнаго обряда. Конечно всякому извѣстно, сколь многіе народы и области подвластны Его Державъ. Слѣдовательно, если и въ нашемъ письмѣ что нибудь пропущено, мы просимъ у Его Величества въ помъ извиненія.

Всемоущій Богъ, единъ дарующій силу и крѣпость всѣмъ прозябеніямъ, насаждаемымъ и напаяемымъ нами, да даруешъ тебѣ духа премуд-

ut et ab Ipso in coelis, et ab
ejus Vicario in terris labor tuus
meritis praemiis afficiatur.


Tibi Apostolica auctoritate
benedicimus, teque salvum ire, et
redire, pro nostro in te amore,
valde optamus.

Datum Ratisbonae.

роспи и разума, совершивъ
дѣло свое со щцаніемъ и
пользою, дабы и опъ Него,
на небесахъ, и опъ Намъсп-
ника Его, на землѣ, труды
твои увѣнчаны были правед-
нымъ воздаяніемъ.

По власпи апостольской,
благословляемъ тебя, и съ сер-
дечною любовію желаемъ, да
шествуешь въ путь, и воз-
вратишься къ намъ въ вож-
дельномъ здравіи.

Дано въ Регенсбургѣ.



7.

ГРАМОТА

ПАПЫ

КЛИМЕНТА VIII,

къ

ЦАРЮ

ТЕОДОРУ ІОАННОВИЧУ.

1594 г.

СОДЕРЖАНІЕ.

Папа КЛИМЕНТЬ VIII, вспомянул о прежнихъ дружественныхъ сношеніяхъ Россійскихъ Государей, Великаго Князя ВАСИЛІЯ, и Царя ІОАННА, съ Римскими Первосвященниками, и о содѣйствіи Папы ГРИГОРІЯ XIII къ примиренію Царя ІОАННА съ Польскимъ Королемъ СТЕФАНОМЪ, убѣждаетъ Государя ФЕОДОРА ІОАННОВИЧА вступить въ союзъ съ Императоромъ РУДОЛЬФОМЪ и другими Христіанскими Государями, для нанесенія войны Туркамъ и испробованія ихъ.

Clemens Papa VIII,

Theodoro, Domino Russiae,
Magno Duci Moscoviae, Novoguardiae,
Smolentiae, Wlodimiriae,
Domino Casani et Astracani, multarumque aliarum provinciarum
Principi Magno et desideratissimo,
salutem et omnis gratiae fructum.

Quam multa et praeclara officia, quam illustres significatio- nes olim exstiterint, inter hanc sanctam apostolicam sedem, cui divina voluntate praesidemus, et Magnos et clarissimos Principes, Basilium, avum Tuum, et Joannem Basilidem, patrem Tuum, nihil necesse arbitramur apud Te commemorare, qui et illa non ignoras, et peculiarem erga Te Ipsum hujus sanctae sedis benevolentiam non obscuris argumentis perspicere potuisti. Nos certe

Папа Климентъ VIII,

Феодору, Государю Русскому, Великому Князю Московскому, Новгородскому, Смоленскому, Владимирскому, Царю Казанскому и Аспраханскому, и многихъ иныхъ спранъ Великому и возлюбленному Государю, желаю здравія и во всемъ благопо- спѣшенія.

Нынѣ нужды воспоминашь Тебѣ, сколь многими и особливыми услугами, сколь явными знаками дружества нѣкогда ознаменованы были сношенія святаго апостольскаго престола (на который, по волю Божию, нынѣ мы вступили), съ Великими и преславными Государями, Василіемъ, дѣдомъ Твоимъ, и Иоанномъ Васильевичемъ, Твоимъ опцемъ. Конечно, не безъизвѣсны Тебѣ оныя со-

gratam eorum memoriam conservamus; et jucunda illa recordatione non mediocriter oblectamur. Nam ut paulo remotiora omittamus, quae cum Clemente VII, Summo Pontifice, Praedecessore nostro, a Basilio, avo Tuo, acta sunt, atque ad recentiora veniamus.

Pater Tuus, Johannes Basilides, cum ad piaе recordationis Gregorium XIII, Summum Pontificem, item nostrum praedecessorem, Internuntium Suum Severigenum misisset, cum suis, et carissimi filii nostri Rudolphi Caesaris litteris, ut ejusdem Pontificis apostolica auctoritate, pax inter Johannem ipsum, et Stepha-

быпія, и Самъ Ты имѣлъ уже довольно случаевъ, видѣшь несомнѣнныя доказательствъ того, что святое сѣдалище сіе являетъ и къ Тебѣ благо-расположеніе отличное. Сохраняемъ все по въ призна-тельной памяти, и по испи-нѣ сказаць, премного утѣ-щаемся самимъ воспоминані-емъ. — Но оставимъ давно минувшія событія, кои были предметомъ взаимныхъ сно-шеній, между Предмѣспви-комъ нашимъ, Папою Кли-ментіомъ VII, и Василіемъ, дѣдомъ Твоимъ, и обратимся къ происшествіямъ новѣй-шимъ.

Когда Отецъ Твой, Ио-аннъ Васильевичъ прислалъ къ предшественнику нашему, блаженной памяти Папѣ Гри-горію XIII, Посла своего, Шевригина (28), съ грамо-нами какъ ошь Себя, такъ и ошь возлюбленнаго нашего Сына, Императора Рудольфа (29), чтобы, при вліаніи

num, tunc Poloniae Regem, conciliaretur; haec eadem sancta apostolica sedes benigne admodum Patris Tui petitiones excepit, et certum hominem, spectatae virtutis et prudentiae, quemadmodum ipse Pater Tuus postulaverat, in Poloniam et Moscoviam misit, qui ejus rei causa, ultro citroque saepius commevit, omnique opera et diligentia actum est, nulla laboris et longinqui itineris habitatione, ut Pater Tuus, Ejusque Magni Ducatus et ditiones optatae pacis tranquillitate fruerentur.

